

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm**

**Bonagrata <von Habsheim>**

**Friburgi Brisgoiae, 1665**

§. 4. Dissensus doctorum

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

## §. 4. Dissensus Doctorum.

**D**octores Inferioris Germaniæ ad cuius instantiam factæ sunt Declarationes supra recensitæ, harum obseruantiam mordicus vrgent, quos inter sunt præcipui, Syluius *vbi supra*. Veruijs *in Pastoralis Mission. qui materiam istam ex professo discutit dicto tr. 13. de Matr.* Stephanus à S. Paulo *Theol. Mor. tr. 5. de Sacram. Matr. disp. 8. dub. 3.* citans insuper Bertrandum Loth, & ex eodem Chapeauile, Wiggers, & Zypæum; Item Franciscum bonæ spei. Consentiant ijs Iacobus & Petrus Marchantius, fratres, hic *in resol. notab. de Sacram. Matr. casu 8.* Ille *in Horto Pastor. tr. 8. in Resol. Pastoral. circa Sacram. Matrim. c. 2.*

Iis aduersantur Germani Superiores, Tanner *tr. 4. disp. 8. q. 3. dub. 8.* Layman, *l. 5. tr. 10. part. 2. c. 4. n. 7.* (in quo tamen Veruijs, sicut & in Dicastillo nihil simile ait se reperire, sed fallitur circa Layman, quicquid sit de Dicastillo, quem videre mihi non licuit.) Mocquet *in Disp. de cland. nupt. insine.* Simon Felix de quo supra, & eius Discipulus P. Henricus Mayr *Disp. de Sponsal. & Matr. p. 2. §. 7. n. 70.* vbi suum Præceptorem verbotenus sequitur. His consentiunt ex Gallica natione Vrbanus ab Ascens, *Theol. Mor. tr. 3. tit. 15. c. 6.* Gam-  
**B** machæus,

machæus, quem cum Vega, Veracrucio & aliis allegat P. Henric. Mayr. l. 6. R. P. Gobat inclytæ Societatis IESV Theol. Moral. Professor celebris, qui Controuersias istas præ cæteris omnibus, quos ego viderim, acuratissimè expendit in *Alphabero Matrimoniali* p. 1. casu 1. sect. 1. tota. Cas. 11. à n. 223. vsque ad n. 243. exclusiue. Casu 18. à n. 459. vsque ad n. 481. inclusiue. Rursus n. 520. & p. 2. casu 19. tota. in quibus partem priorum DD. ex instituto sectatur, ita tamen vt partem alteram impugnet quidem non tamen omninò improbet, quin tanquàm in praxi probabilem admittat, quasi quidam vtriusque Mediator, p. 1. casu 1. n. 55. & casu 18. n. 471. & 521. ac tandem casu 19. n. 710.

### §. 5. Resolutio ad mentem Doctorum Belgij.

**I**n hærendo fundamentis priorum DD. qui, cum Ecclesiæ sit summa potestas & ad eam constans voluntas, eius Decretis ac Declarationibus volunt heterodoxos nolentes volentes subiacere, propositiones controuersas ita resolues. Ad 1. ad obseruantiam SS. Canonum peræquè tenentur semper omnes baptizati, tam Catholici, quàm Acatholici, neque hos iuyat aut ab-

ulus,